

CLASSIFICATIO
JUVENTUTIS
EX RELIGIONIS,
ET MORUM DOCTRINA
EJUSQUE OBSERVANTIA
IN M. R. GYMNASIO SZIGETIENSI S. P.
SEMESTRI I. ANNO 1805.

- A. P. Innocentio Simonchicz Directore Locali.
P. Martino Kifs, Prof. Hum. II. An. Exhort.
P. Stephano Bárkovits, Prof. Hum. I. Anni.
Cler. Matthia Papesch, Prof. III. Anni Cat.
Cler. Francisco Ugróczy, Prof. Gram. II. Anni.
Cler. Vincentio Chinorany, Prof. Gram. I. Anni.

PUBLICATA.



Fili! a juventute tua excipe *Doctrinam*, & usque ad
canos *invenies Sapientiam*. Eccli. 6. 18.

M. VARADINI ET VACII,
TYPIS ANTONII GOTTLIEB MARAMAROSS.

HUMAN. II. ANNI.

Eminentes.

Buday Franciscus
 Dohanits Ladislaus
 Rumpel Georgius
 Buday Carolus
 Ratonyi Stephanus
 Budovszky Michael
 Kormöczy Antonius
 Hohenauer Antonius

CLASSIS I.

Szadeczky Joannes
 Nagy Michael
 Stefan Ladislaus
 Lavitska Franciscus
 Gabány Carolus
 Styeréczy Andr.
 Desko Petrus

Popovits Basilus
 Fogarasy Joan.
 Patzovszky Joseph.
 Gadaczy Basilus
 Patzovszky Franc.

CLASSIS II.

Nitzas Elias
 Orintsay Andreas
 Magos Georgius
 Petrovay Ladislaus
 Volofz Ladislaus

* * *

Száfz Joseph. *Infirm.*

Scholas deseruerunt.

Kodra Joannes

Ivasko Ladis. *dimissus.*

N. 28.

HUMAN. I. ANNI.

Eminentes.

Fedö Stephanus
 Khudan Joannes
 Tajnel Theophil. *A C.*
 Szabó Georgius
 Prugberger Joseph.
 Sztromeczky Ladisl.
 Csernek Joannes
 Nostitius Zacharias
 Mihálykovits Mich.
 Roman Stephanus

CLASSIS I.

Liptsey Antonius
 Majos Stephanus
 Berlányuk Gregor.
 Traxler Carolus
 Korpos Stephanus

Todorovits Nicol.
 Hegner Joannes
 Pap Petrus
 Markovits Mich.
 Krimszky Andr.
 Guralovits Basil.
 Grüner Francis.
 Stromeczky Joan.
 Tivodar Joannes
 Tsonka Francis.

* * *

Rátz Joan. *Infir. Emin.*

Scholas deseruerunt.

Jody Petrus

Szemjanzky Ladis.

N. 28.

MEMORIA
FAMILIAE CALASANTINAE,
IN MARMATIA
ADNOTATA

1805.

*Primus ardor discendi est Nobilitas
Magistri. Ambr.*

Caput I Exordia Illustris Familiae Calasantinae.

Calasantinos in Marmatia degere, et Iuven-
tutis publicae Institutioni operam dare,
quorum pars ipse sum, scimus. Sed non
aeque constat origo familiae hujus, neque
primaeva in has terras deductio: quod bre-
viter adnotabo.

Fundator Societatis hujus fuit Iosephus
Calasantius de Peralta Salina ex principe
familia Hispanica oriundus. Fundator autem
Gymnasii Scholarum Piarum Szigethi in
Marmatia fuit Augustus, Carolus VI. Imp.
et Rex Hung. ac Hispaniae, ut isthic Patriae
filios in praealtis Salinis habitantes pane
doctrinae providerent.

)



Augustum Caesarem, ipsum nomen fatetur a Diva gente profectum, Iosephum autem hic subjecta Genealogiae paucis notae imago, excelso oriundum sanguine demonstrabit.

Radix hujus arboris est: *Fortunius Datus*, e *Gothis Regibus, Navarrae, et Aragoniae Comitibus, oriundus*. Huic tres filii erant: *Primus Sanctus Fortunio*, qui expulsis Mauris promeritus est constitui in Aragoniae Regno Primus Xpianus Zalmedin, i. e. Gubernator, An. 1104. *Secundus Ximenius Fortunio*, qui castro *Calazans*, aliisque bonis Maurorum, quos ab Aragonia expulit, dominatus est. *Tertius Inicus Fortunio*, qui ob Caesar-Augustam de Mauris vindictam, Villam Nonaspensem in Feudum obtinuit, 1126.

Ximenii praedicti filius, dictus est *Ximenius Calasantius Fortunio*, qui primus cognominari voluit *Calazans*. Huic natus est *Vilhelmus*, clarus filio *Bertramo I.* qui a *Jacobo I. Rege Hispaniae*, inter *Divites* adnumeratus est, sic appellantur *Magnates Hispaniae*.

Porro *Betramus I.* genuit *Betramum II.* qui fuit Dominus Castilionis, de Pla, et Me-



raletis. Atque hujus filius fuit *Raymundus* I. Dux de Clares Valles, ex quo natus est *Dominicus*, et ex hoc *Raymundus* II. Sub hoc abit truncus arboris Genealogicae in duos ramos, a duobus ejus filiis. *Raymundo* III. Primogenito, et *Roderico* secundo genito incrementum capiens, de quo mihi, tamquam exordio *Recentiorum Calasantiorum* sermo erit.

Praedictus *Rodericus*, Dux Urbani, *Baltazareni*, et *Carlani*, de *Copons*; erat continuator *Calasantiorum* de *Navarra*, et *Caserras* et *Peralta Salina*. Cujus filius *Tristanus* genuit *Michaelem* I. hic autem *Joannem* I. Abavum JOSEPHI CALASANTII. Nam ex illo natus est *Joannes* II. Caput *Calasantiorum* de *Caserras*, et *Caesar-Augustae Regiae Audientiae* Judex.

Hic denique genuit *Petrum* I. Caput *Calasantiorum* de *Peralta Salina* in *Aragonia*, qui duxit conjugem *Mariam Gaston*, de *Zastigon*, quorum proles erant. 1. *Magdalena*, 2. *Maria*, 3. *Isabella*, 4. *Joanna*, 5. *Petrus* II. primogenitus, sine haerede mortuus. 6. *Josephus*, Fundator Familiae *Calasantinae Schol. Piar.* per orbem diffu-

fae. Atque hic fertilis Petri I. ramus exaruit quidem in sanguine, manet tamen in Societate a Filio ordinata, et toti orbi pro servitio educationis oblata, ac dicata.

Haec ipsa cogitatio quidem heroicum *Josephi* animum, magnis, ut vidimus, majoribus derivatum, arguit. Si enim arduum est de sincera unius prolis nutrice providere: quantum fuit! Systema perpetuum condere, juxta quod omnium gentium proles intra Officia Humanitatis Christianae litterarum studio poliri valeant, gratis pro Deo.

Mihi tamen placet argumentum Genealogicum splendidis, atque ab Heraldica petitis Majorum imaginibus illustrare, et tanti nominis familiam, scutis, et sigillis vetustis roborare, ut nullum dubium relinquam Magnitudinis Familiae Calasantinae.

Certum est *Stemma*, sive Insigne Antiquorum Regum Navarrae fuisse: *Arborem solitariam, in nudo campo virentem*. Deinde certum est *Stemma Fortuniorum*, representatum fuisse per Clipeum, cujus area perpendiculariter secta, *a dextris alam, a sinistris vero canem erectum, ore clavum ferreum tenentem exprimit*. Denique certum



est: *Stemma Veterum Calasantiorum* unico illo a *Fortunionum* discrepare, quod canis, non clavum, sed *turgidum marsupium ex ore pendulum mordeat*. — Atqui Insigne, sive *Stemma Recentiorum Calasantiorum*, eadem fide, qua praedicta Genealogia, Romae aeri incisum, has omnes tres imagines in trifario campo continet, cujus effigie hoc Opusculum adornari volui, si Calcographus praesto fuisset. Ergo Illustris Familia Calasantina hodie quoque existens, ad Reges Navarrae, et Fortunios Comites, ac veteres de *Calazans* Hispaniae Magnates, initia sua revocat. Neque ambigendum, quod Josephus Calasantius, cum opus erat, hujusmodi imaginis sigillo usus fuerit.

Caput II. Initia Congregationis Calasantinae.

Non adferam hoc loco Viri *Sanctitatis humanissimae* res gestas, quas multi variis linguis ediderunt. Et quidem Latine P. Norbertus Conradi; Hungarice P. Gregorius Tapolsanyi; Germanice P. Sebastianus Mutz; Slavonice P. Hyacinthus. Omnes ex Ordine Schol. Piar. Hung. Illas solum enarrabo curas, quas adhibuit in Sociis adoptandis pro



paupere Juventute ad Christianam humanitatem per litteras manuducenda.

Postquam Paedagogos in Urbe conventionatos multis precibus frustra orasset, ut pauperes quoque Humanitatis studia cum principiis Religionis, et litterarum docerent; conversus ad Religiosos Ordines tantundem obtinuit. Verebantur enim ne pauperum puerorum quotidiana institutione ab Instituti sui fine retrahantur.

Itaque adscitis duobus Sociis ex *Congregatione Doctrinae Christianae* Patribus anno 1597 trans Tyberim, ubi plurimi pauperes ignorantia premebantur, juxta Aedem S. Dorotheae Scholas aperuit, quibus Vir venerandus loci Parochus, et cubilia, et seministrum obtulit, probante consilium Clemente VIII. P. Fervebant pauperum Scholae eo cum progressu, ut modestia, et humanitate Discipulorum visa, cives, huc suos filios commendarent, et hunc innocentem conventum *Scholas Pias* nominarent. Quod propterea notandum esse duxi, ne quis putet *Josephum* tam sancto titulo suis scholis complacere voluisse. Certum autem est, hanc compellationem soli Societati Calasan.

tinae ab Urbano VIII. successu temporis decretam fuisse, his verbis: *Statuimus, ne alii quicumque, quavis auctoritate fungentes, Scholas, sub denominatione SCHOLARUM PIARUM erigere, aut forsam jam erectas Pias nominare, nec inscribere praesumant sub Excommunicationis poena &c.* Datum Romae. 17. Aug. 1630. Factum tamen est: quod anno 1678. *Fratres, Sororesque Piarum, et Christianarum Scholarum Nicolaus Barre instituerit. PIERISTAE hodie vulgo nominantur, quibus Institutio potissimum pauperum puerorum, et puellarum concredita est.* Laur. Moshem. H. E. p. 781.

Sed enim mortuo Parocho, Viro humanissimo, a Patribus quoque sociis desertus, Josephus, anno 1600 in urbe et domum capaciorem, et Operarios plures numerosae pauperum turbae aere conducere coactus est, quibuscum Poesim, et Rhetoricam docere incoepit. Cujus eximiae Christianae Humanitatis fama excitati sunt Viri non minus eruditione, quam honoribus conspicui, seque socios adjunxerunt. Calasantinis Magistris, quorum unio, jam anno 1598. *Congregatio Secularium Presbyterorum* a Clemente VIII.



destinata est. Huc ergo se recipi flagitarunt: *Gellius Chellinus*, Theol. Doctor, et Canonicus. — *Gasparus Dragonettus Canonicus*, et jam 60 annis Romae Professor. — *Vivianus Jurisperitissimus* — *Panicola* in Archi Gymnasio Sapiientiae Professor, ceterique. Cumque ipsis Judaeis etiam (*Tantum valuit Christiana humanitas!*) Scholae novae paterent, tanta confluit Scholarium turba, ut intra triennium, bis aedes capaciores jam 100. jam 175. aureis in censum accipere debuerit, donec vicina ad S. Pantaleonem domus quinque millibus aureorum emi potuisset. Hac juventuti destinata statim primo anno mille ducenti Scholares confluxerunt. Quo progressu in furias acti Paedagogi, calumniis sanctum institutum poene obruerunt.

Horum impudentiae igitur ut resistat *Clemens VIII.* Pontifex, ex Coetu Calasantino Presbyterorum Secularium *Congregationem perpetuam Scholarum Piarum* formavit, additis in subsidium annuis centum aureis 1603. Utque tuta maneret ab impetitoribus, per Breve Apostolicum declaravit *Scholas Pias* esse sub protectione Sedis Apostolicae.

Fundamenta hoc tempore ponebantur etiam *Congregationi Clericorum M. Dei de*



Lucca. Fundabat autem eam Pater *Leonardi*, qui absoluta Theologia Juventutis educationem suscepit Luccae 1574. Eandem postea, qua Episcopus levavit ad *Congregationem Canoniorum Regularium Matris Dei*. — Cum his igitur Congregationem Scholarum Piarum Paulus V. P. univit, ut perpetua esset, anno 1614, sub ea conditione, ut Pauperes tantum in Scholas reciperent, et *Clerici Lucenses Matris Dei Scholarum Piarum vocarentur*.

Sed enim Lucenses forsan pertoesi pauperum puerorum doctrinam, unde nihil ad gloriam accederet, secessionem petierunt. anno 1617. Caussas separationis Apostolica Constitutio his memorat: *cum Clerici Seculares Bonorum stabiliu possessione se abdicare nolint propterea, quod aliis exercitiis, juxta regularia ejusdem Congregationis instituta, Apostolica auctoritate firmata, ne vacent, impediti se sentiant, et praedictis exercitiis operam dare, quam praedictas Scholas regere malint &c.*

Itaque Paullus V. ne Calasantina Societas intercيدات, unionem revocavit, redire jussis ex Domo Sancti Pantaleonis Clericis Lu-



cenſibus ad ſuum Collegium S. Mariae de Porticu, e quibus P. *Petrus Caſſani* a *Joſeph* Cal. divelli non potuit. — Tum edito Brevi ſtatuit, de Calasantina, ut perpetuis futuris temporibus *Congregatio Paulina, Pauperum M. Dei Scholarum Piarum*, nuncuparetur. Dat. 6. Martii 1617.

Duravit haec *Congregatio Paulina*, donec Paulus V. vixit ad annum 1621, quo Gregorius XV. confirmatis Conſtitutionibus Joſephi Cal. Congregationem hanc in veri nominis *Ordinem Religioſum*, cum votis ſolemnibus levavit, quo tempore *Joſephus* tota haereditate paterna ſe abdicavit, ex qua hucusque pro pauperum puerorum cura quot annis mille aureos accipiebat. — Sed dum maximum robur acciperet novus hic Ordo, acerbiffimam perſecutionem a ſuis filiis ſuſtinere debuit *Joſephus*, etſi totius Ordinis Generalis eſſet. Nam P. Marius, et Stephanus Cherechéni, quorum ſatis eſt meminiffe ingratiſtudinis, eo rem perduxerunt, ut *Ordo Religioſus* ad ſimplicem *Congregationem Sch. Piarum* reduci debuerit an. 1642, magno Societatis Calasantinae, et pauperum Scholaſium detrimento. Ipſe tamen *Joſephus*, mo-



nentibus ut Patronos quaereret, dixit: *Dum vixero, non desinam sperare firmiter, et sperabo etiam in spem contra spem, quia opus quod feci, amore Dei sum operatus. In Instituto hoc, meum nihil est, totum est Dei. Comittamus Deo, sciet ille opus suum defendere, modumque reperiet in integrum restituendi.*

Dejectos tanta strage bene meritos Patres his consolari solebat: *simus in spe firmi, non finet Deus perdi Institutum in tota Europa desideratum. Item: Resurget a mea morte Religio, magisque florebit, atque antea.* Et revera eo, pie mortuo 25 Aug. 1648. Clemens IX Papa suo vigori restituit Ordinem Anno 1669.

Scutum Ordinis hujus est Litteris, *Mariam Matrem Dei* significantibus, innexum, quas Graecas, et Latinas esse voluit; ut indicaret Scholas Pias omnibus apertas esse et Graecis, et Latinis, cum ipse Judaeos receperit. Ut doceret Scholarum studia Graecis, et Latinis litteris contineri. Ut moneret: Initium sapientiae esse timore Domini hujus sigilli, uti et *Matris Dei* in titulo ornamentum retinuit a Clericis Lucen-



sibus; neque obstat, quod in Urbe Calaritana, iisdem in aedibus, quae pro Scholis Pisis parabantur inventum sit nomen, B. Virginis in lapide eo, quo in insignibus utimur, modo insculptum. Siquidem vetus haec consuetudo Mariae nomen numis etiam inse-
rendi adhuc apud Orientis Impp. obtinuit. Nam Constantinus M. in iisdem Litteras M. et A. insculpi iussit. Michael autem Ducas aureis *Matris Dei* nomen, eodem plane modo, quem sigillum nostrum ostentat, notavit. Hoc illis dictum esto, qui putant hoc scutum Marianum, alicujus laboriose otiosi Monachi, monumentum esse.

Caput III. Progressus Ordinis Calasantini in Hungaria.

Prima extra Romam Domus Schol. Piar. erat Tusculi 1616. posita. Tum Neapoli, ubi ad Pausilipum Novitiatum constituit Josephus Cal. 1627 - Tusculum Ciceroni dedit hospitium litterarium quondam. Virgilius autem sepultus est ad radices montis Pausilippi, cujus hodie quoque sepulchrum extat, non longe a sacello B. Virginis. Igitur Scholae Piae, quarum propria sunt Humanitatis



Studia, statim in exordio sui acceperunt hospitium, quod iis Principem Oratorum, et Poetarum in memoriam revocare debet.

Non est propositum meum enumerare omnium sedes Coloniarum. Quae acciderit propagatio hujus Ordinis in Hungaria, Chronologice adnotabo. Anno 1642 expetiti sunt ab ipso S. Calasantio *Podolinum* in Scepustum a Principe Stanisla'o Lubomirsky. A.o 1666. *Prividiam* inducti a Fam. Palfiana. A.o 1667. Ad *Murany* sunt evocati a Franc. Veselény, Regni Palatino, et Maria Szécsy. Horum usibus *Jolsvae* etiam aedes paravit, sed tumultus regni impediverunt. A.o 1673 *Breznám* inducti a Leopoldo I. Caes. cessarunt ob tumultus 1683. A.o 1685. In S. Georgio a Geor. Szeleptsényi AE. Strig. fundati, qui suam intentionem *Levardini* figere voluit, ubi in frontispicio templi scutum Scholarum Piar. nunc etiam videtur. A.o 1688. *Breznám* a Caesare novo Diplomate reducti, Parochiam administrant, et Scholas. A.o 1670 *In Olasz*, civitatem Capitaneatus Scepusiensis, ut Scholae Piae inducantur, concessit Michael, Rex Poloniae. Vide Georg. Kovachich. *Mss. Dipl. T. I. p. 409.*



Anno 1701 *Nittriae* Collegium, et Convictum nobilium posuit Ladislaus Matyasovszky, Eppus loci, et Cancellarius R. H. An. 1702. *Tyrnaviam* sunt invitati ad Residentiam S. Trinitatis. An. 1711. *Vesprimum* inducti a Joanne Volkra, Eppo. loci. Anno 1713. *Vacium* induxit C. Kolonits, Eppus loci. An. 1714 Ketskemethini Familia Kohariana illocavit. An. 1715 *Civitate donatae sunt* Scholae Piae in Hung. in Comitibus Posoniensibus sub Carolo VI. Imp. et R. H. Decr. I. art. 102. agente Comite Ottone, et Joanne Volkra. An. 1714 *Pestinum* Amplis. Magistratus pro Scholis, et Parochia eos evocavit. An. 1719 *Bistriczii* in Transylvania Steinville. An. 1719 *Debreczini*, Bakoiana, Fundatio manet. An. 1720. *Szegedini*, et Scholas, et Parochiam Ampliss. Magistratus tradidit. An. 1720 *Carponae* est condita Olasziana fundatio. An. 1725 *Debreczini* Seminarium pauperibus posuit C. Kohary. An. 1726 *M. Karolini* Alexander Karolyi et Scholas, et Parochiam, et pauperum sustentationem constituit. An. 1727 *Tokainum* Pikotsiana introduxit. An. 1734 *Krajovae* in Valachia a Carolo VI. rediit ad Turcas 1736. An. 1736 *Szigethi* in Marmatia ab eodem Carolo VI. et



Scholis, et Parochiae praefecti. Anno 1738. *Kis-Martonii* oblatum Collegium a L. R. Civitate. An. 1739 *Ovariensis* Fundatio est Zsidanitsiana. An. 1742 *Jaurinum* Professores Theologiae e Scholis Piis inducti ad Seminarium Cleri ab Adolpho Groll. Ep. loci. An. 1743 *Coloczae* obtulit foundationem Gab. Patachich, A. Ep. loci. An. 1740 *Cibinii* Familia Desófiana induxit. A. o 1742 *Megyesiní* in Transil. plures sunt Fundatores. A. o 1743 *Pinkafeldae* Collegium obtulit Adamus Battyany. A. o 1749 *Neoplantae*. A. o 1749. *Cremnicii*. A. o 1752 *Kismarkini*. A. o 1753 & *Kapronczae* oblata Gymnasia acceptari non poterant. A. o 1751 In S. *Anna* Jacobus Bibits Fund. A. o 1763 Rumae L. B. Piachevich foundationem obtulit. A. o 1763. Szemptzinum Franc. Eszterhazi, et Exc. R. Camera deduxit etiam Philosophica, et Cameratica Studia addito Convictu Juventuti. A. o 1765 *Tattae* Nicol. Eszterhazy. Fund. A. o 1765 *Coloczae* Jos. Battyany, A. Ep. loci. A. o 1765 *Canisae* C. Lud. Battyany, Palatin. Fund. A. o 1766 *Tallosini* Orphanotrophium Regium traditum. A. 1767 *Vacii* Academ. Conv. Theresianus erectus. A. o 1777 *Threnchinii* Collegium S. J. ab Aug. M. Theresia traditum. A. o 1777. *Claudiopoli* Collegium S. J. ab Aug. M. Theresia traditum. A. o 1777 *Schemnicii* Coll. S. J. ab A. M. Theresia datum. A. o 1766 In S. *Anna* Convictus Nob. Juv. a Jacobo Bibits, et Conjuge Marg. Tomejan erectus. A. o 1777



Ginzii Coll. S. J. ab A. M. Theresia donatum, A-o 1782 *Podolinum* ad Hung. Prov. devolutum sub Aug. Jos. II. A. 1776 *Rumae* iterum Collegium oblatum. A. 1776 *Eszekini* Colleg. oblatum. A-o 1729 *Rosenbergae* facta est Fundatio Lövenburgica. A-o 1789 *Temesvarinum* ex S. Anna translati, Conventum Ord. S. Franc. Prov. Capistr. occupavimus. A-o 1789 *Sátor Ujhelinum* translati sumus ad Monasterium Ord. S. Pauli *Tokaino* sub Aug. Jos. II.

Denique Seculi XIX Exordio Anno praesente 1805 Augustus Franc. II. Imp. et R. H. Gymnasium *Szatmarini*, quod Ordo Scholarum Piarum gubernet, a Fundamentis educere parat. Quod non potest non esse jucundissimum Illmo. D. Stephano e L. B. Fischer, primo Episcopo novae Dioecesis Szattmariensis, cum sentit preces suas apud Augustum Principem tantum valuisse. Fama est hos Scholarum Magistros Sexardinum quoque expeti, ut Fundatoris Comitum de Stirum intentioni satisfaciat I. Provincia Tolnensis.

Haec sunt, quae ad notitiam de Ordine Schol. Piar. pertinere putavi, quas maxime *humanitate Christiana*, quae in Josepho Cal. emicuit, florere opto. Scripsi Szigethi in Marmatia A-o 1805.

P. Innocentius Simonchicz e S. P.
Regii Gymn. Director Localis.

GRAMMAT. III. ANNI.

Eminentes.

Lang Georgius
Kofztevits Joannes
Kafzall Emericus
Mihályi Ladislaus
Kováts Joannes
Budzath Stephanus
Iszajovits Joannes
Zambory Josephus
Kifs Basilus
Sandor Joannes
Frayheit Vincentius

CLASSIS I.

Liptsey Antonius
Deseöffy Ladisl.
Sereghy Michael
Varady Stephanus
Sztarószta Lucas
Suska Joannes
Mihalyi Gregorius
Teleházy Ignatius
Borsitzky Jos. *Stip. extr.*
Dan Ladislaus
Petz Joannes
Roman Dániel

Petz Franciscus
Nagy Joannes
Volostyuk Georg.
Herchenrötter Carol.
Nyegre Gregorius
Pap Nicolaus
Siroky Venceslaus
Roska Ladislaus
Srétter Steph.
Bérts Steph.

CLASSIS II.

Karlos Ignatius
Budzát Martin.
Nagy Andreas
Bokotey Ladislaus
Kalinszky Steph.
Nemes Jacobus
- - -
Examini se subduxit.
Tivodar Joannes
Infirmirate a Scholis
impeditus.
Valentinus Strobach
Dimissus. Joan. Prodan
N. 41.

GRAMMAT. II. ANNI.

Eminentes.

L. B. Perényi Gabriel
Groschmid Alexander
L. B. Perényi Melch. *S. R.*
Medveczky Ladislaus
Gorzo Petrus
Popovits Andreas
Zombory Joannes
Scheübner Joannes
Haske Calasact. *Stip. R.*
Severa Paullus
Székely Albertus
Lády Stephanus

CLASSIS I.

Bodó Volfgangus
Morvay Car. *Stip. R.*
Martinovis Mich. *infirm.*
Pap Joannes
Roska Gregorius
Lahner Francis.
Kelemen Jacobus
Sztácz Petrus
Rednik Joan. *infirm.*
Bukovits Carolus
Kubovits Vincentius
Simonizky Georgius

Strometzky Andreas
Gottlieb Francis.
Gottlieb Joseph.
Deák Joan *infr.*
Sandor Simeon
Liptay Joseph.
Huban Simeon
Majer Francis.
Tziple Joannes
Pap Francis.
Grünner Michael
Kükalo Francis.

CLASSIS II.

Godsa Joannes
Argyelan Joan,
Migyanko Ladisl.
Szakallo Michael
Dragus Joan.
Stahl Gabriel

Köszeghy Joannes
Roska Nestorius
Bank Josephus
Papp Josephus
Franko Joannes
Stecker Ferdinand.

* * *

Szaplonczay Mich.
Ob infr. abest a schol.

* * *

Scholās deseruerunt.
Szilagyí Joannes
Tivodar Paullus

* * *

Sternberg Berko)
Sternberg Izrael)
*Bonorum I. Classis
morum, Judæi.*

N. 53.

GRAMMATA I. ANNI.

Eminentes.

Gabányi Ludovicus
Kofflanovits Joan.
Vagner Fridericus
Ember Theodorus
Gundermann Andr.
Opris Simeon
Meles Demetrius
Trux Ladislaus

CLASSIS I.

Trux Josephus
Lauterbach Joseph.
Pap Andreas
Majer Joseph.
Bukovits Ignat.

Szaplonczay Joseph.
Ulits Joannes
Zékány Ladisl.
Körn Stephan.
Tziple Joannes
Felix Paullus

CLASSIS II.

Zékány Georg.
Offrim Simeon
Siman Georgius

* * *

Scholās deseruit.

Michael Firster Cl. 8.
N. 23.

Univerſim. 173.

Homo Dei caussa humanitatem exuere non debet, cum ipse Deus humanitatem induerit, ut nos omnes ad mutua Charitatis Officia, quæ vera est humanitas. ducat; dicens: Fidelis diligite invicem. Sim. in Orat.